



Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Tertiam Partem Summæ Theologiæ. Cum Commentariis
Reuerendiss. D. Thomæ de Vio Caietani Cardinalis S. Sixti, Et Opvscvlis
Eivsdem In tres Tomos distinctis

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

2. De hostia huius sacerdotis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72797](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72797)

quod non biberet calicem mortis & passionis, uel A quod non biberet ipsum a iudeis, non quidem est factum quod petijt, quia ratio que petitionem proposuit, nolebat ut hoc impleteretur: sed ad instructionem nostram uolebat demonstrare nobis suam uoluntatem naturalem & motum sensualitatis, quem sicut homo habebat.

AD SECVNDVM dicendum, quod Dominus non orauit pro omnibus crucifixoribus, neque etiam pro omnibus, qui erant credituri in eum: sed pro his solum, qui erant predestinati, ut per ipsum uitam consequerentur eternam.

Vnde patet etiam responsio ad Tertium.

AD QVARTVM dicendum, quod cum dicit, Clamabo, & non exaudies, intelligendum est, quantum ad affectum sensualitatis, quae mortem refugioebat: B exauditur tamen quantum ad affectum rationis, ut dictum est.

In corp.

Super questionibus viginti secundae articulum primum.

Titulus clarus. In corpore articuli est unica conclusio reipson sua quae ito. Christo maxime conuenit esse sacerdotem. Probatur: Proprie officium sacerdotis est esse mediator inter Deum & populum utriusque: sed hoc maxime conuenit Christo, ergo. Maior declarat quod ad utramque partem officii. Minor similiter, & omnia clara sunt.

In responsione ad primum considera nouit e, quod tota uita Christi in terra fuit oblatio pro humano genere, & pro preerea angeli Christo post ieiunium, & tentationem ministrantes in his, quae ad refectionem corporis spectabant, ministri sacerdotij Christi dicuntur.

Zach. 3. Ostendit mihi Deus sacerdotem magnum stantem coram angelo Domini: sed Christus est maior angelis, secundum illud Heb. 1. Tanto melior angelis effectus, quanto differentius praeter illis nomen hereditauit, ergo Christo non conuenit esse sacerdotem.

2 Prater ea, quae fuerunt in ueteri testamento, fuerunt figurae Christi, secundum illud Col. 2. Quae sunt umbra futurorum: sed Christus non traxit carnem originem ex sacerdotibus ueteris legis: dicit. n. Apost. ad Heb. 7. Manifestum est, quod ex Iuda ortus sit Dominus noster, in qua tribu nihil de sacerdotibus Moyse locutus est, ergo Christo non conuenit esse sacerdotem.

3 Praeter in ueteri lege, quae est figura Christi, non fuit ibidem legislator & sacerdos: unde dicit Dominus ad Moysen legislatorem, Exo. 28. Applica Aarō fratrem tuum, ut sacerdotio fungar tibi. Cris autem est laetor nouae legis, sicut in illud. Hier. 3. Dabo legem meam in cordibus eorum, ergo Christo non conuenit esse sacerdotem.

QVAESTIO XXII.

De sacerdotio Christi, in quatuor articulos diuisa.

DEINDE considerandum est, de sacerdotio Christi. ET CIRCA hoc quaeruntur sex.

1 Primò, Vtrum conueniat Christo esse sacerdotem.

2 Secundò, De hostia huius sacerdotis.

3 Tertio, de effectu huius sacerdotij.

4 Quarto, Vtrum effectus sacerdotij eius pertineat ad ipsum, uel solum ad alios.

5 Quintò, De eternitate sacerdotij eius.

6 Sextò, vtrum debeat dici sacerdos secundum ordinem Melchisedech.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum Christo conueniat esse sacerdotem.

AD PRIMVM sic proceditur. Vnde dicitur, quod Christo non conueniat esse sacerdotem. Sacerdos enim est minor angelo: unde dicitur

SED CONTRA est, quod dicitur Heb. 4. Habemus Pontificem, qui penetrauit caelos, Iesum filium Dei.

RESPON. Dicendum, quod proprie officium sacerdotis est esse mediator inter Deum & populum, in quantum scilicet diuina populo tradit: unde dicitur sacerdos, quasi sacra dans secundum illud Malach. 2. Legem requirunt ex ore eius, scilicet sacerdotis: & iterum, in quantum preces populi Deo offert, & pro eorum peccatis Deo aliquantulum satisfacit. Vnde Apostolus dicit ad Heb. 5. Omnis Pontifex ex hominibus assumptus, pro hominibus constituitur in his, quae sunt ad Deum, ut offerat dona & sacrificia pro peccatis. Hoc autem maxime conuenit Christo: nam per ipsum diuina dona hominibus sunt collata, secundum illud 2. Pet. 1. Per quem, scilicet Christum, maxima & pretiosa nobis promissa donauit, ut per hoc efficiamini diuinae confortes naturae. Ipse etiam humanum genus Deo reconciliauit, secundum illud Coloss. 1. In ipso, scilicet Christo, complacuit omnem plenitudinem inhabitare, & per eum reconciliare omnia. Vnde Christo maxime conuenit esse sacerdotem.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod potestas hierarchica conuenit quidem angelis, in quantum & ipsi sunt medij inter Deum & hominem, ut patet per Dio. in lib. cael. hierar. ita quod ipse sacerdos, in quantum est medius inter Deum & populum, angeli nomen habet, secundum illud Malach. 2. Angelus Domini exercituum est. Christus autem maior angelis fuit, non solum secundum diuinitatem, sed etiam secundum humanitatem, in quantum habuit plenitudinem gratiae & gloriae. Vnde etiam excellentiori modo hierarchicam, seu sacerdotalem potestatem praeter angelis habuit, ita etiam quod ipsi angeli fuerunt ministri sacerdotij eius, secundum illud Matth. 4. Accesserunt angeli, & ministrabant ei, secundum tamen passibilitatem carnis, modo dico ab angelis minoratus est, ut Apostolus dicit Heb. 2. Et secundum hoc, conformis fuit hominibus uiatoribus in sacerdotio constitutus.

AD SECVNDVM dicendum, quod sicut Damascenus dicit in 3. lib. quod in omnibus est simile, idem utique erit, & non extraneum. Quia igitur sacerdotij ueteris legis erat figura sacerdotij Christi, noluit Christus nasci de stirpe figuratum sacerdotum, dicitur ostenderet non esse omnino idem sacerdotium: sed differre sicut uerum a figurati.

AD TERTIUM dicendum, quod sicut supra dictum est, alii homines particularim habent quaedam gratias: sed Christus tamquam omnium caput habet perfectionem omnium gratiarum: & ideo quantum ad alios pertinet, alius est legislator, & alius sacerdos, & alius rex; sed haec omnia concurrunt in Christo tamquam in fonte omnium gratiarum. Vnde dicitur Ista. 33. Dominus iudex noster, Dominus rex noster: ipse ueniet & saluabit nos.

ARTICVLVS II.

Vtrum Christus simul fuerit sacerdos & hostia.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur, quod ipse Christus non fuerit simul sacerdos & hostia. Sacerdotis enim est hostiam occidere: sed Christus non seipsum occidit, ergo ipse non fuit simul sacerdos & hostia.

Tertia 3. Thomae.

Super quest. uiginti secundae articulum secundum.

Titulus clarus. In corpore unica est conclusio rursus, Christus non solum sacerdos, sed simul fuit hostia perfecta, scilicet pro peccato, pacifica, & holocaustum. Haec conclusio quo ad

M 2 primam

Ca. 6. Eccl. hier. parte 3. a mcd.

Li. 3. Orth. fid. c. 26. circa fin.

D. 1094.

q. 8. art. 4. & alij eiusd. q.

Cano. 1. Mar. parte mcd.

Super illud locum Mar. 9. tom.

Ambrosio. uel. dicitur. Hier. 3. Dabo legem meam in cordibus eorum.

primam partem supponitur ex praecedente articulo; quo ad secundam vero quod fuerit simul hostia, probatur. Omne quod Deo exhibetur ad hoc, ut spiritus hominis feratur in Deum, est hostia seu sacrificium: sed humanitas Christi est Deo exhibita ad hoc, ut spiritus hominum ferantur in Deum, ergo. Maior propositio probatur. Sacrificium visibile est sacramentum invisibile, aut invisibile sed visibile ordinatur ad invisibile, ut sacrum eius signum, ac per hoc, finem: signatum enim finis est signum omne igitur sacrificium, exterius est sacrificium ex ordine ad inferius, hoc est oblationem spiritus: & contra, omne quod ad oblationem spiritus Deo offertur, sacrificium denominatur dicitur.

Tertia vero pars conclusionis, hoc est perfecta peccata pacifica & holocaustum, probatur ex littera. Homo indiget sacrificio propter tria, scilicet remissionem peccati, gratie consecrationem & consummationem: sed haec tria per humanitatem Christi habemus, ergo. Maior in littera & inferitur ex priori syllogismo, quo probata est altera pars conclusionis. Nam si sacrificium exterius dicitur ex relatione ad oblationem spiritus, & ad oblationem spiritus nostri concurrunt tria, scilicet remissio peccati, consecratio vitae gratiae, & consummatio illius, conueniens est, ut ad haec tria homo indigeat sacrificio: & declaratur quo ad singula singulis auctoritatibus scripturae. Minor vero probatur auctoritatibus sacrae scripturae etiam singulis ad singula.

¶ Recolito hic ex prima

¶ 2 Praet. Sacerdotium Christi magis est simile sacerdotio Iudaorum, quod erat a Deo institutum, quam sacerdotio Gentilium, quod daemones colebantur. In ueteri autem lege nunquam homo in sacrificium offerebatur, quod maxime reprehenditur in sacrificijs gentilium, secundum illud Psal. 105. Effuderunt sanguinem innocentem, sanguinem filiorum suorum & filiarum suarum, quas sacrificauerunt sculptilibus Chanaan. ergo in sacerdotio Christi non debuit esse ipse homo Christus hostia.

¶ 3 Praet. Omnis hostia ex hoc, quod Deo offertur, Deo sanctificatur: sed ipsa Christi humanitas a principio fuit sanctificata, & Deo coniuncta ergo non conuenienter potest dici, quod Christus, secundum quod homo, fuerit hostia.

¶ SED CONTRA est, quod Apostolus dicit ad Ephes. 5. Christus dilexit nos, & tradidit semetipsum pro nobis oblationem & hostiam Deo in odorem suauitatis.

RESPON. Dicendum, quod sicut Augustinus dicit in 10. de ciuitate Dei, omne sacrificium visibile, inuisibilis sacrificij sacramentum, id est, sacrum signum est. Inuisibile autem sacrificium est, quod homo Deo spiritum suum offert, secundum illud Psal. 51. Sacrificium Deo spiritus contribulatus: & ideo omne illud, quod Deo exhibetur, ad hoc quod spiritus hominis feratur in Deum, potest dici sacrificium. Indiget igitur homo sacrificio propter tria. Vno quidem modo ad remissionem peccati, per quod a Deo auertitur: & ideo Apostolus dicit ad Heb. 9. quod ad sacerdotem pertinet, ut offerat dona & sacrificia pro peccatis. Secundo, ut homo in statu gratiae conseruetur, semper Deo inherens, in quo eius pax & salus consistit. Vnde & in ueteri lege immolabatur hostia pacifica pro offerentium salute, ut habet Leuiticus 3. Tertio ad hoc, quod spiritus hominis perfecte Deo uniat, quod maxime erit in gloria. Vnde & in ueteri lege offerebatur holocaustum quasi totum incensum, ut dicitur Leuiticus 1. Haec autem per humanitatem Christi nobis prouenerunt. Nam primo quidem nostra peccata deleta sunt, secundum illud Romanorum 4. Traditus est propter delicta nostra. Secundo, gratia nos saluans per ipsum accepimus, secundum illud Hebraeos 5. Factus est omnibus obtemperantibus sibi, causa salutis aeternae. Tertio, per ipsum perfectionem gloriae adepti sumus. Hebraeos 10. Habemus fiduciam

per sanguinem eius in introitum sanctorum, scilicet in gloriam caelestem: & ideo ipse Christus in quantum homo, non solum fuit sacerdos, sed etiam hostia perfecta, simul existens hostia pro peccato, & hostia pacifica, & holocaustum.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod Christus non se occidit, sed seipsum uoluntarie morti exposuit, secundum illud Isa. 53. Oblatus est, quia ipse uoluit: & ideo dicitur seipsum obtulisse.

AD SECUNDUM dicendum, quod hominis Christi occisio potest ad duplicem uoluntatem comparari. Vno modo, ad uoluntatem occidentium. Et sic non habet rationem hostiae: non enim dicuntur occisores Christi, hostiam Deo obtulisse, sed grauiter deliquisse. Et huius peccati similitudinem gerebant impia gentilium sacrificia, quibus homines idolis immolabant. Alio modo, potest considerari occisio Christi per comparationem ad uoluntatem patientis, qui uoluntarie se obtulit passioni: Et ex hac parte habet rationem hostiae in quo non conuenit cum sacrificijs Gentilium.

AD TERTIUM dicendum, quod sanctitas humanitatis Christi a principio non impedit, quin ipsa humana natura, cum in passione oblata est Deo, sanctificata nouo modo fuerit, sicut hostia actualiter tunc exhibita. Acquisiuit enim actualem hostiae sanctificationem tunc ex antiqua charitate & gratia unionis sanctificata eandem absolute.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrum effectus sacerdotij Christi sit expiatio peccatorum.

AD TERTIUM sic proceditur. Videtur, quod effectus sacerdotij Christi non sit expiatio peccatorum. Solius enim Dei est peccata delere, secundum illud Isa. 43. Ego sum, qui deleo iniquitates tuas propter me: sed Christus non est sacerdos, secundum quod Deus, sed secundum quod homo, ergo sacerdotium Christi non est expiatio peccatorum.

¶ 2 Praet. Apostolus dicit Hebraeos 10. quod hostiae ueteris testamenti non poterant perfectos facere: alioquin cessassent offerri, eo quod nullam haberent conscientiam peccati cultores sufficienter semel mundati: sed in ipsis commemoratio peccatorum per singulos annos fit: sed similiter sub sacerdotio Christi fit

ma secunde quafi. 102. ar. 3. ad octauum, triplex fuisse sacrificij genus in ueteri testamento, holocaustum, hostiam pro peccato, & hostiam pacificam: & holocaustum quidem per sectionis statum conseruare, quia totum comburebatur in honorem Dei: hostiam uero pro peccato, ad perfectum statum pertinere, quod ex Deo per ministros nobis cooperantibus est. In tres enim partes diuidebatur, una Deo incensam, aliam in usum sacerdotum, tertiam in usum ferentium, siue profuerunt acceptis, siue ue recipiendis esset. Hostia uero pro peccato, statum penitentiae monstrat, & in duas secatatur partes, unam Deo incensam, alteram in usum sacerdotum: quia remissio peccatorum nona potestate nostra, sed a Deo per ministros est, nisi per proprios sacerdos uel populi peccatis offerretur: quia tunc nulla erat pars sacerdotum. Vnde quia humanitas Christi pro omnibus illis oblata fuit ab ipso, ideo dicitur in littera, quod fuit hostia perfecta, ut peccata existerent simul & hostia pro peccato, & hostia pacifica, & holocaustum.

¶ Super quaestio uige ma secunda articulum tertium.

IN titulo attende primo, quod non queritur, an sola expiatio peccati sit effectus sacerdotij Christi. Nec queritur, an expiatio peccatorum sit a solo sacerdotio Christi, sed an sacerdotium Christi habeat hunc effectum, qui est expiatio peccati. ¶ Attende secundo, quod non est hic quaestio de modo habendi hunc effectum, an effectum, an meritorie, an alio modo: sed in consilio illo, scilicet de modo, quo sacerdotij actibus sacrificando, offerendo, &c. effectus attribuitur: & illo rursus modo, quo sacrificio Christi nam est conuenire quod sit efficax.

¶ Tertio,

Lib. 10. ca. 5 tom. 5.

Refertur superius.

In Epistola Pauli.